



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

29 Sodomitae clerici, quibus, & qualibus poenis puniri debeant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

pœnam depositionis, gloss. in cap. Maximianus, in ver. removeantur, 81. distinct. gloss. 1. in cap. presbyter, 82. distinct. & in cap. lator, in ver. incorporati, 2. quast. 7. & quod pœnam depositionis non incurrant, facit, dist. cap. presbyter. videndum, & temendum, & Felyn, qui hanc dicit esse communem opinionem, in c. at si clerici, numer. 14. vers. tamen communis opinio, de jud. sed erit pœna judici arbitraria, ut tenet Gril. de pœnitent. omif. coit. quast. 9. numer. 3. & Diaz. in eadem præf. crim. c. 79. alias 72.

Nihilominus est grave crimen, quia neque fornicarii, neque idolis servientes, neque molles, neque masculorum concubitores, neque avari, neque adulteri, neque ebriosi Regnum Dei possidebunt, Paul. 1. ad Corinth. cap. 6. nisi fornicatio sit notoria, & scâdalosa, vel diu continuata, quia tunc inducit pœnam depositionis, cap. ex parte Ada, de test. & Abb. in c. at si clerici, numer. 25. de re judic.

29 Masculorum tamen verò concubitores presbyteri, & clerici seculares, seu regulares cujuscunque gradus, & dignitatis, tam durum nefas sodomix exercentes omni privilegio clericali, omni que officio, dignitate, & beneficio ecclesiastico de jure communi sunt privandi, cap. ut clericorum, in princip. de vit. & honest. cleric. cap. clericus, de excess. oralat. & Gril. de pœn. omif. coit. §. octavo quæro. numer. 3. sed hodie sunt privati, ita quod per judicem ecclesiasticum degradati, potestati seculari sunt tradendi, ut in constitut. Pii V. quæ incipit. cum primum, cap. 5. si quis, & 32

30 Quæ procedit, & tamen habet locum, ut dicta pœna incurratur, quando quis dictum

crimen non vnica vice commisit, sed exercet, ut ponderando dictum verbum exercentes, tenet Navar. de irregul. ex delicto, cap. 27. numer. 249. vers. ad quod dico. com. 3. quoniam, ut gentilis quidam dixit:

Si quoties peccant homines, sua fulmina mittat Jupiter, exiguo tempore inermis erit, Ovid. apud gloss. penult. in cap. Episcopus 35. dist. ob criminis tamen gravitatem, etiam quod vnica tantum vice clericus commiserit est beneficis privandus, & à loco commissi criminis, ac tota diocesi, perpetuo baniendus, d. cap. ut clericum, cum aliis supra deductis.

31 Clerici autem adulteri tamen sunt quoque deponendi, cap. si quis clericus, 82. dist. gloss. in cap. lator. 2. quast. 7. & est communis opinio, de qua testatur Gril. de pœnit. omif. coit. §. sexto declaranda, numer. 11. vers. nihilominus in consulendo. Ego tamen puto de jure canonico dictam opinionem rigorosam par text. in cap. ac clericus, §. de adulteriis, & ibi Bal. nu. 2. de jud. ubi adulterium connumeratur inter minora crimina, quapropter mitior pœna est infligenda, ut per eundem Gril. ubi supra numer. 4. 6. 7. 8. 9. 10. & 11. Quibus in locis, ad contraria respondendo tenet, quod pro adulterio clericus non veniat deponendus, & hanc opinionem æquioram, & probabiliorem esse, quam ego in judicando, nisi aliis circumstantiis adulterium gravaretur, uti æquioram, puto esse sequendam, sed pluribus aliis ex causis propter incontinentiam clericus pœnam depositionis incurrunt:

Primum enim sacerdos, tamen qui cum filia spirituali, quam de sacro fonte levavit, vel cujus sacramentalem confessionem audivit, fuerit fornicatus, pœnana